



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 2. Hujus Pontificis gesta ante Pontificatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. signibus Altieriae gentis in eum trans-
A. C. 1670. latis.

§. II.

*Hujus Pontificis gesta ante Pontifi-
catum.*

*Palatius in
vita Clem. X.
Ciacon. in
vita Cle. IX.*

Æmilius ex pervetusta ac nobilissima Altieriorum prosapia oriundus Romanæ anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo nono primam lucem aspexit. Is emenso feliciter humaniorum literarum curriculo ingenium suum jurisprudentia pro omni foro expeditissima mire excoluit: quapropter Joanni Baptistæ Pamphilio Cardinali tum Romanæ Auditori, ac postea Pontifici Maximo suam primo operam addidit ab eodemque sensim per ardua tunc Aulæ tum Ecclesiæ negotia probatus in Poloniam abiit, Joannem Lanotum Papæ Legatum secutus: inde vero cum eodem in Italiam reverens Joanni Baptistæ Altierio fratri suo Camerino Episcopo ad Purpuram promotus in Regimine hujus Ecclesiæ successit simulque Lauretanæ Domus Præfectorum, universique Piceni administrationem curam in se suscepit, atque in omnibus, quibus fungebatur officiis, singularem charitatem, prudentiam, Religionisque studium præsetulit, præcipue vero rarum sui Zeli atque experientiam

rientia^s specimen reliquit Ravennati-^{Sæc. XVII.}
 bus, quibus insolita aquarum inunda-^{A. C. 1670.}
 tione oppressis ab Urbano VIII. in opem
 submissus, solatium expectatione majus
 attulit; quippe hinc effossis canalibus,
 illinc erectis aggeribus non modo longe
 lateque grassantem pestem avertit, sed
 etiam solum juxta amœnum ac fœcun-
 dissimum reddidit. Postea Æmilius
 ab Innocentio X. Papa Neapolis Nun-
 tius Apostolicus decernebatur, ubi
 octo annorum spatio inter civiles mo-
 tus ac seditiones commoratus, sua
 dexteritate dissidentes ad quietem re-
 duxit, aptissimus eapropter Purpura-
 torum Collegio visus, ut qui mutuam
 pariter concordiam inter Italiae Prin-
 cipes bello dissidentes conciliaret, si-
 mulque inveteratis Insubriae motibus
 finem imponeret, aut saltem tempo-
 raria quiete interpolarer: cum ergo
 cuncta feliciter præter spem compone-
 ret, Romam reversus, ab Alexandro
 VII. sacrae Regularium Congregationi,
 & a Clemente IX. Pontificio Cubiculo
 præfectus est, tandem priori anno Ro-
 mana Purpura, & hoc anno corona
 Pontificia ornatus.